



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iosephi Mariae Svaresii, Episcopi Vasionensis, Praenestes
Antiqvae Libri Dvo**

Suarès, Joseph Marie

Romae, 1655

De aquis, & Veresi fluuio. 9

urn:nbn:de:hbz:466:1-11894

De Aquis, & Veresi Fluvio.

CAPVT IX.



Si quis autem ager, Prænestinus profecto irriguus est. Nam & Urbem ipsam plurimis cuniculis occultis perforatam fuisse vsque ad planitiem & campos e Strabone retuli superius; & aquæductum caussa cuniculos miro opere fabricatos in diuersas agrorum partes fuisse. vnde & C. Marium adolescentem Præneste obsessum per illos erumpere conatū foramine e terra emeruisse Velleius scribit. Strabo cum Prænestinum agrum descripsisset, subiungit eum Veresi fluuio irrigari. *ἢν δὲ ἡγ' ἴης χόρας ὀνέρεσις ποταμὸς*. Hinc ad Verrestim fluuium locat Prænesten Merula, quem Verrestū vocat Leander. Veresim amnem a Gallicano oppido in Anienem defluere putat Cluuerius; & ostendisse se ait, pugnatum a Latinis cum Romanis haud procul radicibus Vesuij montis, qua via ad Veresim ferebat, & victos Latinos cum Decius se deuouisset T. Liuius narrat. sed Cluuerium aut memoria lapsum, aut promissi oblitum puto. Aquas Prænestinas memorat Blondus Flauius. sed variarum formarum, sic aquæductus appellant, & fontium indicem contexit vir peramicus, & recentiora nomina apposuit.

Lib. 2. hist.

Lib. 5. Geogr.

L. 4. p. 2. Cosmog.
Descrip. Latij.L. 3. Ital. Ant. &
L. 2. c. 10.

Lib. 6.

Decad. 3.

De Vinis, & Latifundijs.

CAPVT X.

L. de Vin.

L. 9. epigr. 73.



PRÆNESTINA Vina celebrat Andreas Baccius, Latifundia Martialis, in sutorem canens.

*Prænestina tenes decepti regna patroni,
In quibus indignor si tibi cella fuit.*

EXCO-